



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Ad Exemplum Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Amemus, & petamus perfectionem huius amoris. O si
 Patre aeterno, tanquam praemium ex iustitia deorum du
 meritis Sanctissimi Filij sui: & cum sit meritis
 finitum, etiam infinitum deberet esse praemium
 Amoris.

Vellem amare Deum, quantum Christus promeruit
 eum à me amari: vellem amare eum illa sanctitate
 & perfectione, quam promeruit Sanguine innocen
 tioso: vellem amare quantum deo: vellem amare cor
 omnes partes corporis mei, omnes vires animae
 omnes cogitationes, intentiones & affectus
 non spectarent, ad aliud non aspirarent, aliud
 agerent, quam ut semper, & ubique amarent
 ultimum finem, summum bonum meum: nec ve
 vere propter aliud, quam propter amorem.

CONSIDERATIO VI.

AMOR DEI,

Ad Exemplum CHRISTI.

Disce, ô Christiane, à Christo, quomodo
 Christum, inquit Bernardus. Exemplum
 imitari debemus in amando, est perfectissimum
 Christi. *Disce amare dulciter, amare prudenter, et
 re fortiter.* Debemus amare, 1. *Dulciter*: ut
 dulcedo, & suavitas amoris Christi, vincat, & carnis
 ex corde nostro falsam, & apparentem dulcedo
 Carnis, & mundi. 2. *Prudenter*: ut non solent
 sideremus consequi Sanctum Amorem, sed etiam
 ripiamus media proportionata, & efficacia ad con
 quendum. 3. *Fortiter*: non cedendo, sed resistendo
 viriliter omnibus rebus contrariis quae impediunt
 Sanctum Amorem.

O si esset omnino sanum palatum animæ meæ,
 dulcis cibus ei foret Amor Divinus : cibus sua-
 verus, ac dignissimus ore Dei : cibus felicitatis
 beatissimorum : cibus, continens in se suavitatem
 veri saporis. *Memor fui Dei, & delectatus sum.*
 Efficit una memoria Dei, unus aspectus Divinæ pul-
 critudinis, ut subito repletur anima, omni delecta-
 tione & gaudio. Sed nota, quid promiserit Propheta :
non consolari anima mea. Ecce causam consolationis
 terrenæ, quia renuit consolari in creaturis, ideo meruit
 consolari in Creatore. O consolationes terrenæ, quanto
 bono privatis ?

Ecce, Domine, coram tua Divina Majestate,
 immutatus & corroboratus Divinâ gratiâ tuâ, facio
 consilium firmissimum, & inseribo illud cordi meo
 in tabulis indelebilibus, quod ab hac hora, ab hoc
 momento, repudio, abnego, detestor omnes conso-
 lationes, (etiam licitissimas, sed non necessarias) quibus
 solent gaudere in creaturis, volo autem ac desidero
 gaudere in illis, quibus gaudere licet in ipso fonte omnis de-
 lectationis, qui est Creator illarum : volo Sanctum
 amorem & verum gaudium, quod derivatur ab illo ;
 hoc omni sufficiet, & cum hoc vivam in pace, bea-
 tus & felix.

Annotatio. Vide dulcedinem, prudentiam, fortitu-
 dinem CHRISTI in cruce, ac tota reliqua passione ac
 morte.



I s CON-